

Prüfungsteilnehmer	Prüfungstermin	Einzelprüfungsnummer
Kennzahl:		
Kennwort:		
Arbeitsplatz-Nr.:		

**HERBST**

**62410**

**1993**

**Erste Staatsprüfung für ein Lehramt an öffentlichen Schulen**

**- Prüfungsaufgaben -**

Fach: **Latein (vertieft studiert)**

Einzelprüfung: **Übersetzung Latein/Deutsch**

Anzahl der gestellten Themen (Aufgaben): **1**

Anzahl der Druckseiten dieser Vorlage: **2**

**Vorbemerkung:**

Der folgende Text soll in angemessenes Deutsch übersetzt und durch die Bearbeitung der unter II. gestellten Aufgaben sprachlich erläutert werden.

**I. Übersetzung**

- 1 Ita dimissi ab Roma Carthaginienses cum in Africam venissent
- 2 ad Scipionem, quibus ante dictum est legibus pacem fecerunt.
- 3 naves longas, elephantos, perfugas, fugitivos, captivorum
- 4 quattuor milia tradiderunt, inter quos Q. Terentius Culleo
- 5 senator fuit. naves proiectas in altum incendi iussit; quin-
- 6 gentas fuisse omnis generis, quae remis agerentur, quidam
- 7 tradunt; quarum conspectum repente incendium tam lugubre fu-
- 8 isse Poenis, quam si ipsa Carthago arderet. de perfugis gra-
- 9 vius quam de fugitivis consultum: nominis Latini qui erant
- 10 securi percussi, Romani in crucem sublati.

11 Annis ante quadraginta pax cum Carthaginiensibus postremo  
 12 facta erat Q. Lutatio, A. Manlio consulibus. bellum initum  
 13 annis post tribus et viginti P. Cornelio, Ti. Sempronio con-  
 14 sulibus, finitum est septimo decimo anno Cn. Cornelio, P. Ae-  
 15 lio Paeto consulibus. saepe postea Scipionem ferunt dixisse  
 16 Ti. Claudi primum cupiditatem, deinde Cn. Corneli fuisse in  
 17 mora, quo minus id bellum exitio Carthaginis finiret.  
 18 Carthagini cum prima conlatio pecuniae diutino bello exhau-  
 19 stis difficilis videretur maestitiaque et fletus in curia  
 20 esset, ridentem Hannibalem ferunt conspectum. cuius cum Has-  
 21 drubal Haedus risum increparet in publico fletu, cum ipse  
 22 lacrimarum causa esset, 'si, quem ad modum oris habitus cer-  
 23 nitur oculis' inquit, 'sic et animus intus cerni posset, fa-  
 24 cile vobis appareret non laeti, sed prope amentis malis cordis  
 25 hunc, quem increpati, risum esse; qui tamen nequaquam adeo est  
 26 intempestivus, quam vestrae istae absurdæ atque abhorrentes  
 27 lacrimæ sunt. tunc flesse decuit, cum adempta sunt nobis arma,  
 28 incensae naves, interdictum externis bellis; illo enim vulnere  
 29 concidimus. nec est, cur vos otio vestro consultum ab Romanis  
 30 credatis. nulla magna civitas diu quiescere potest: si foris  
 31 hostem non habet, domi invenit, ut praevalida corpora ab exter-  
 32nis causis tuta videntur, sed suis ipsa viribus onerantur. tan-  
 33 tum nimirum ex publicis malis sentimus, quantum ad privatas res  
 34 pertinet: nec in iis quicquam acrius quam pecuniae damnum sti-  
 35 mulat. itaque cum spolia victae Carthagini detrahebantur, cum  
 36 inermem iam ac nudam destitui inter tot armatas gentes Africæ  
 37 cerneretis, nemo ingemuit; nunc, quia tributum ex privato con-  
 38 ferendum est, tamquam in publico funere comploratis. quam vereor,  
 39 ne prope diem sentiatis levissimo in malo vos hodie lacrimasse!'  
 40 haec apud Carthaginienses Hannibal.

## II. Sprachliche Erläuterungen:

1. Erklären Sie die Z. 16/17 gebrauchte Wendung in mora esse, quo minus ...!
2. Erklären Sie die Form flesse (Z. 27) morphologisch und syntaktisch!
3. Welcher Kasus liegt bei externis bellis (Z. 28) vor?
4. Erläutern Sie den Moduswechsel in Z. 35-37 (cum ... detraheban-  
tut, cum ... cerneretis)!